

et rectitudine coronentur; ex commiseratione subditorum servorum Dei, praestita pacis propensione et inclinatione atque facto inter plenipotentiarios utriusque partis Carlovitzii prope confirmia in Syrmio, et illustrissimis et excellentissimis inter christianos Magnates, Brittanicae Majestatis extraordinario legato, Gulielmo domino Paget, barone de Beautesert et legato dominorum statuum generalium Nederlandiae, domino Jacobo Colyer, mediatorii munieris functionem per omnes numeros bonis officiis expletibus, atque eorumdem interventu; juxta veterem consuetudinem permutationis et consideratis plenipotentiis, et initis tractatibus et conferentiis pacis ex imperiali mandato et vigore auctoritatis ac deputationis nostrae, cum praememoratae reipublicae legatus plenipotentiarius. Illustrissimus inter christianos magnates, dominus eques Carolus Ruzzini, in multis sessionibus collatis de rebus pacis colloquiis, etiamsi ad considerationem sat temporis eidem superfuisset, nihilominus propter aliquarum difficultatum occursum inclusione articulorum pacis haesitaverit, eaque de causa illustrissimi et excellentissimi majestatis Romanorum imperatoris atque Poloniarum plenipotentiarii legati, ex respectu debito praeliminariis punctis, opera praememoratorum mediatorum legatorum, et consensu omnium atque approbatione statutis, praesertim observata ratione per Art. III. eorundem declarata, usque ad subscriptionem et permutationem instrumentorum, utriusque mutuo consensu quindecim iterum dierum data prorogationis terminus jamjam expiraturus esset, atque a predicto legato Veneto nulla resolutio data fuerit; ea intentione ut conclusae per Divinum favorem paci Venetiarum quoque respublica includatur et comprehendatur, controversos articulos pro Veneta etiam Republica meliore modo tractantes, atque habitis respectu et observatione ad fundamentale instrumentum ad instar praeliminaris huic pacificationi antehac inter excelsum imperium et caesaream Majestatem et Rempublicam Venetiarum tanquam validum et inviolabile statutum est: rursus eorundem mediatorum legatorum officiis et opera cum excelsa Imperio inter toties memoratam Rempublicam sedecim ista pacta vicissim